Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



7 amonitum atq; etheum ac pherezeum. 7 hebuseum in montanis. eueum quoq; qui habitabat ad radices hermon in terra maspha. Egressiq; sunt omnes cum turmis suis populus multus nimis sicut harena que est in litore maris et quadrus 7 currus innumerabilis multitudinis. Conuenerunt atq; omnes isti reges inuicem ad aquas meron. ut pugnarent contra israel. Dixitq; dominus ad iosue. Ne timeas eos. Cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos uulneratos in conspectu israel. Eques eorum subnerues et currus igne combures. Venitq; iosue et omnis exercitus cum eo aduersum illos ad aquas meron subito. 7 irruit super eos. Tradiditq; illos dominus in manibus israel. qui percusserunt eos. 7 persecuti sunt usq; ad sydonem magnam. 7 aquas mistereoth campumq; maspheq; et ad occidentalem illius partem. Ita percussit omnes ut nullas exercis dimitteret reliquias. Fecitq; sicut preceperat ei dominus. equos eorum subneruauit. currus q; combussit. Ceteris quoq; statim cepit ad se. 7 regem eius percussit gladio. Ad hoc enim antiquitus inter omnia regna tenebat principatum. percussitq; omnes animas que ibidem morabantur. Non dimisit in ea ullas reliquias. Et usq; ad terminum eius uniuersa uastauit. Ipse autem urbem pemit incendio. 7 omnes per circuitum ciuitates regesq; earum cepit. percussit atq; deleuit. sicut precepat ei moyses famulus domini. Verumtamen urbes que erant in colle. 7 in cumulis sitis. exceptas succendit israel. Vnam tantum asor. munitissima flamma consumpsit omnemq; preclam istarum urbium ac iumenta diuiserunt sibi filii israel. cunctis hominibus interfectis. Sicut precepat dominus moysi seruo suo. ita precepit moyses iosue. et ille uniuersa compleuit. Non pretermisit de uniuersis mandatis eius unum quidem uerbum quod iusserat dominus moysi. Cepitq; iosue omnem terram montanam. 7 meridianam. terramq; gosen et planitiem et occidentalem plagam. montemq; israel et campestria eius. 7 pedem montis que ascendit seyr. usq; balgad. per planitiem libani subter montem hermon. omnes reges eorum cepit. percussit et occidit. Multo enim tempore pugnauit iosue contra reges istos. Non fuit ciuitas ultro q; se traderet filiis israel. preter eueum. qui habitabat in gabaon. omnes bellando cepit. Dominus enim sententie fuerat ut indurarentur corda eorum. 7 pugnarent contra israel et caderent. 7 non mererentur ullam clementiam ac perirent sicut preceperat dominus moysi. Interfecit ergo iosue enachim de montanis hebron. 7 dabyr. 7 anab. 7 de omni monte iuda. 7 israel urbes q; eorum deleuit. Non reliquit ullum de stirpe enachim intra filios israel. absq; ciuitatibus gaza. 7 geth. 7 azoto. ascalon. atq; accaron. in quibus solus remansit. Cepit ergo iosue omnem terram sicut locutus est dominus ad moysen et tradidit eam in possessionem filiis israel secundum partes. 7 tribus suas. Quietumq; terra a prelio.

XII

Hi sunt reges quos percusserunt filii israel. et possederunt terram eorum. trans iordanem ad